



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ivlii Cæsarî|| Scaligeri|| Epistolæ|| &|| Orationes||

Scaliger, Julius Caesar

Lugduni Batavorum, 1600

Io. Bellaio Cardinali Titvlo Sanctæ Cæciliæ Domino obseruand. LV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70455](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70455)

184 I V L I I C A E S A R . S C A L .

silentio daminatas esse ? Hic quid agam miser? quæso te , consule rebus meis , neque velis committere , vt diutius pendeam animi non torquet me mora . neque enim mora est expectantis nihil . sed illud miserrimum arbitror , non licuisse saltem periire semel voice tua , cuius vel spes ipsas omnes perpetuo ac pene fatali silentio omnibus momentis temporis interfecisti .

I O . B E L L A I O C A R D I N A L I
T I T V L O S A N C T A E C A E C I L I A
Dominio obseruand. LV.

V T R V M Q V E tua cum posset magnitudo & impellere ad scribendum , & ab ipsa etiam scribendi cogitatione deterre re , quibus animus meus distractus perpetua cunctatione fluctuaret , maior fuit vis vere cundiæ : donec Cruceius vir , vt scis , apud nos summæ auctoritatis ostendit humanitatem tuam & æqualem potentiam , & mea quacunque culpa superiorem . Quapropter antequam hoc ipsum auderem , necessarium fuit , vt , cum tui meminisse , vel te tibi undecunque parem cognoscerem , vel mei obliuiscerer . Quanquam neque nunc quidem sibi constare sui conscientium animum meum ,

meum , ex harum literarum trepidatione
cognoscere potes: præsertim cum quid po-
tissimum scriberem non haberem. Quid
enim ad te de repub. vel ciuili vel Christia-
na? quarum commemoratio cum per se
incommoda tā alieno tempore, tum etiam
periculosa. Nam neque rectores earum fe-
runt sapientum vel iudicium vel liberta-
tem: neque sine popularium offensione pos-
sumus & maximæ partis ignauiam & po-
tentissimæ temeritatem recensere. Tanto
minus auderem obstrepere tibi plebeiis li-
teris, quibus inter nos humiles animæ sole-
mus conferre mutuas voluntates ad officia
quotidiana. Reliquum erat, ut aut de studiis
meis te facerem certiorem , aut exercerem
me in ēa laudatione , qua tuam cloquen-
tiā , perspicientiam, sapientiam, magnani-
mitatem explicare conarer. Quorum alte-
rum ut erat ridiculum , vulgata ac translati-
tia tibi pro selectis atque incompertis affer-
re, ita alterum ineptum , sperare amplitudi-
nem tuam angustiis epistolæ arceri posse.
Cum me igitur argumenta omnia defice-
rent, præter hoc ipsum, quo mearum fortu-
narum, studiorum, animi tenuitatem excu-
sarem , & antehac nihil prorsus ausus sum,
& nunc perpauxilla hæc hortatu ac potius

M 5 iussu

186 IULI CÆSAR. SCAL.

iussu Crucis, quæ nihil aliud quam protum illud profiterentur, quo potius temeritatis culpam deprecari, quum sperarem gratiam non ex tua pietate, qua miserrimum quenque tanquam teipsum respicis, sed ex mea ipsius commendatione. Vale.

MATTHÆO. BANDELLO.

L V I.

GR A V I teste, ac potius auctore glorie splendoris atque felicitatis suæ priuata est nobilissima patria nostra NS Hieronymo Fracastorio, viro cum in omni disciplinarum genere, singulari, tum in poeticis penne incomparabili. Quo in mætore ac luctu cum versata esset diu ciuitas nostra, multis titulis, plurimis elogiis & publice & priuatum testata est, quantum in vnius diuini capit is iactura decessisset de vniuersitate reipublice dignitate. Nam tametsi in studiis atque successibus rei militaris ita se comparauit, ut nulli esset secunda Italicarum Vrbium: eas tamen artes semper coluit, quæ & ad bene beateq. viuendum conducerent & quam proxime accederent ipsæ ad beatitudinem. Quocirca fuit omnino Fracastorius tanta admiratione ciuium, ut ipsi principes rei litera-